

Sugerowane lektury:

1. Focjusz (ok. 810 - 891) za Olimpiodorem (ok. 380, fl. 412-425)
(kodeks 80, Becker 57a)

Ὅτι τῶν μετὰ Ῥοδογάϊσον Γότθων οἱ κεφαλαιῶται ὀπτίματοι ἐκαλοῦντο, εἰς δώδεκα συντείνοντες χιλιάδας, οὓς καταπολεμήσας Στελίχων Ῥοδογάϊσον προσηταιρίσατο.

2. CIL 6.1196 = ILS 798

Imppp. clementissimis felicissimis toto orbe victoribus, DDD nnn. Arcadio Honorio
Theodosio Auggg. ad perenne inidicum triumphorum, quod Getarum nationem in omne
aevum docuere extingui, arcum simulacris eorum tropaeis(que) decoratum s.p.q.R. totius
operis splendore. . . .

3. Zosimus 5.26.3-6

Προσδεχομένου δὲ Ἀλαρίχου τῷ παραγγέλματι πειθαρχήσειν, Ῥοδογάϊσος ἐκ τῶν ὑπὲρ τὸν Ἰστρὸν καὶ τὸν Ῥῆνον Κελτικῶν τε καὶ Γερμανικῶν ἐθνῶν ἐς τεσσαράκοντα συναγαγὼν μυριάδας εἰς τὴν Ἰταλίαν ὥρμητο διαβῆναι. (4) Οὗ προσαγγελθέντος ἡ μὲν πρώτη πάντας κατέπληξεν ἀκοῇ· τῶν δὲ πόλεων ταῖς ἐλπίσιν ἀπεγνωκότων, καὶ αὐτῆς δὲ τῆς Ῥώμης εἰς ἔσχατον οὕσης κινδύνου συνταραχθείσης, ἀναλαβών ὁ Στελίχων ἄπαν τὸ ἐν τῷ Τικηνῷ τῆς Λιγυστικῆς ἐνιδρυμένον στρατόπεδον ἦν δὲ εἰς ἀριθμοὺς συνειλεγμένον τριάκοντα καὶ ὅσον οἶδις τε γέγονε συμμαχικὸν ἐξ Ἀλανῶν καὶ Οὔννων περιποιήσασθαι, τὴν ἔφοδον τῶν πολεμίων οὐκ ἀναμείνας αὐτὸς ἐπεραιώθη τὸν Ἰστρὸν ἀμα παντὶ τῷ στρατεύματι. (5) Καὶ τοῖς βαρβάροις ἀπροσδοκήτοις ἐπιπεσὼν ἄπαν τὸ πολέμιον πανωλεθρίᾳ διέφθειρεν, ὥστε μηδένα σχεδὸν ἐκ τούτων περισωθῆναι, πλὴν ἐλαχίστους ὅσους αὐτὸς τῇ Ῥωμαίων προσέθηκεν συμμαχίᾳ· ἐπὶ ταύτῃ μέγα φρονῶν ὁ Στελίχων εἰκότως τῇ νίκῃ, μετὰ τοῦ στρατοπέδου παρὰ πάντων ὡς εἰπεῖν στεφανούμενος ἐπανήει, παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα τῶν προσδοκηθέντων κινδύνων τὴν Ἰταλίαν ἐλευθερώσας.

4. Orosius 7, 37.4-5

taceo de ipsorum inter se barbarorum crebris dilacerationibus, cum se inuicem Gothorum cunei duo, deinde Alani atque Huni uariis caedibus populabantur. Radagaisus omnium antiquorum praesentiumque hostium longe immanissimus, repentina impetu totam inundauit Italiā. nam fuisse in populo eius plus quam ducenta milia Gothorum ferunt. hic supra hanc incredibilem multitudinem indomitamque uirtutem paganus et Scytha erat, qui, ut mos est barbaris huiusmodi gentibus, omnem Romani generis sanguinem dis suis propinare deuouerat.

quamobrem iustus dispensator humani generis Deus perire paganum hostem uoluit et Christianum praeualere permisit, ut pagani blasphemantesque Romani et illo confunderentur perditio et hoc punirentur immisso; maxime cum imperatoris Honorii admiranda in rege

continentia et sanctissima fides non parum diuinae misericordiae mereretur. 12 conceduntur quidem aduersus immanissimum illum hostem Radagaisum aliorum hostium cum copiis suis inclinati ad auxilium animi. adsunt Uldin et Sarus, Hunorum et Gothorum duces, praesidio Romanorum; sed non sinit Deus rem potentiae suaे uirtutem hominum ac maxime hostium uideri. 13 conterritum diuinitus Radagaisum in Faesulanos montes cogit eiusque - secundum eos qui parcissime referunt - ducenta milia hominum inopum consilii et cibi in arido et aspero montis iugo, urguente undique timore concludit agminaque, quibus dudum angusta uidebatur Italia, latendi spe in unum ac paruum uerticem trudit. 14 quid multis morer? non disposita in bellum acies fuit, non furor timorque incerta pugnae praetulit; non caedes acta, non sanguis effusus est, non postremo - quod felicitatis loco deputari solet - damna pugnae euentu compensata uictoriae: edentibus bibentibus ludentibusque nostris tanti illi tamque immanes hostes esurientes sitientes languentesque confecti sunt. 15 parum hoc est, nisi captum et subiugatum sciant, quem timuere Romani, illumque idololatram suum, cuius sacrificia se magis pertimescere quam arma fingebant, sine proelio uictum ac uinctum sub iugo catenisque despiciant. igitur rex Radagaisus solus spem fugae sumens clam suos deseruit atque in nostros incidit: a quibus captus et paulisper retentus ac deinde interfactus est. 16 tanta uero multitudo captiuorum Gothorum fuisse fertur, ut uilissimorum pecudum modo singulis aureis passim greges hominum uenderentur. sed nihil superesse Deus de eodem populo sinit. nam illico cunctis qui emebantur morientibus quod improbi emptores eorum non impenderunt turpiter pretiis, expenderunt misericorditer sepulturis.

5. Paulinus Nolanus, Carmen 21

- 5 Mentibus abstersa diri caligine belli
 Suadet ouans Felix, quia pacis et ipse patronus
 Cum patribus Paulo atque Petro et cum fratribus almis
 Martyribus regem regum exorauit amico
 Numine Romani producere tempora regni
- 10 Instantesque Getas ipsis iam faucibus urbis
 Pellere et exitium seu uincula uertere in ipsos,
 Qui minitabantur Romanis ultima regnis.
 Nunc igitur pulsa formidine ut imbribus actis
 Respicere expulsas nubes, praesentia rerum
- 15 Praeteritis conferre iuuat. quam taetra per istos,
 Qui fluxere dies, elapso nox erat anno,
 Cum furor accensus diuinae motibus irae
 Immisso Latiis arderet in urbibus hoste!

Nunc itidem placidi spectate potentia Christi
20 Munera; mactatis pariter cum rege profano
 Hostibus Augusti pueri uictoria pacem
 Reddidit, atque annis tener idem fortis in armis
 Praeualuit uirtute dei et mortalia fregit
 Robora sacrilegum Christo superante tyrannum.